Lane Medical Libra

DE

OMITU CRUENTO.

DISSERTATIO

INAUGURALIS MEDICA,

QUAM CONSENSU ET AUCTORITATE

GRATIOSI MEDICORUM ORDINIS

IN UNIVERSITATE LITERARUM GRYPHICA

PRO SUMMIS

EDICINAE, CHIRURGIAE ARTISQUE OBSTETRICIAE HONORIBUS

DIE XX. MENS. DECEMBRIS A. MDCCCXXXIX

H. L. Q. S.

PUBLICE DEFENDET

AUCTOR

C. F. EICHSTEDT

GRYPHISVALDENSIS.

1839

OPPONENTIBUS:

R. DROSS, MED. ET CHIR. CAND.

W. HÜESKER, MED. ET CHIR. CAND.

O. MEISSNER, MED. ET CHIR. CAND.

GRYPHIAE,

TYPIS FRID. GUIL. KUNIKE, REG. ACAD. TYPOGR.

Digitized by the Internet Archive
in 2026

https://archive.org/details/IA40152009_0263

VIRO

ILLUSTRISSIMO, ERUDITISSIMO,

AMPLISSIMO,

F. A. G. BERNDT,

UTRIUSQUE MEDICINAE DOCTORI,
RDINIS DE AQUILA RUBRA CLASSIS QUARTAE EQUITI,
OTENTISSIMO BORUSSORUM REGI A CONSILIIS ME-
ICIS INTIMIS, MEDICINAE PRACTICAE, ARTIS OB-
TETRICIAE PROFESSORI PUBLICO ORDINARIO, CLI-
ICI MEDICI ET OBSTETRICII GRYPHISVALDENSIS NEC
ON SCHOLAE MEDICO-CHIRURGICAE DIRECTORI,
EGIAE ACADEMIAE MEDICAE, QUAE IN GALLIA FLO-
ET, FACULTATIS MEDICAE PESTHINENSIS, SOCIE-
ATIS DOCTRINARUM CHEMICARUM ET PHYSICARUM
GRICULTURAE ET INDUSTRIAE FRANCOGALLICAE,
EDICORUM SUECICORUM HOLMIENSIS, MEDICORUM
ADENSIUM AD PROMOVENDAM MEDICINAM FORENSEM,
OCIETATIS MEDICAE LUGDUNENSIS, DIVIONENSIS ET
PSIENSIS, MEDICO-CHIRURGICAE HUFELANDIANAE
EROLINENSIS, PHYSICO-MEDICAE ERLANGENSIS, SO-
ETATIS AD PROMOVENDAM ARTEM MEDICAM, QUAE
 BORUSSIA FLORET, OECONOMICAE MARCHICAE ETC.
TC. SODALI VEL HONORARIO VEL ORDINARIO, VEL
LITERARUM COMMERCIO JUNCTO,

PRAECEPTORI AESTUMATISSIMO,

FAUTORI SUMMOPERE COLENDO

HASCE

LITERARUM PRIMITIAS

PIO GRATOQUE ANIMO

D. D. D.

AUCTOR.

Nomen morbi.

Vomitus cruentus, sensu ampliore, et morbum
:utum et chronicum complectitur, sed multi scrip-
ıres hoc nomine solummodo morbum acutum signi-
:ant, neque morbum chronicum ut speciem, sed
; alium morbum tractant. Cui sententiae equidem
lsentiri non possum, quum, quamquam decursus
ius esse solet, morbus acutus tamen saepe in chro-
cum transeat, qui solummodo gradum majorem est
sequutus, neque ex alia causa proxima originem
ıxit. Quare, quum hae species ejusdem morbi
ɔn dividendae mihi videantur, acutum et chronicum
ım tractaturus.

Synonyma habentur haematemesis, gastrorrha-
a, oesophagorrhagia Lat. — Vomissement de Sang
all. — Vomiting of Blood Angl. — Blutbrechen,
agenblutfluss Germ. Quibus nominibus scriptores
ɔdo morbum acutum, modo chronicum, plerumque
tem acutum significant. Nomina morbi chronici
nt melaena, morbus niger *Hippocratis,* fluxus sple-
ticus, vomitus bilis atrae, fecalis [1]). Neque silen-

1) Forestus, Lib. 18, obs. 17.

tio praeterire possum, *Panarollum* morbum nostr choleram sanguineam appellare, quod pars sang nis simul per alvum descendat[2]).

Definitio et historia.

Vomitus cruentus dicitur haemorrhagia e v ventriculi, oesophagi aut viscerum hisce finitimor orta, qua sanguis in cavum ventriculi effusus m purus, modo contentis ventriculi mixtus, modo ber atque liquidus, modo niger atque coagulat prodromis praegressis vomitu aut per anum si ejicitur.

Jam vetustissimis temporibus vomitus cruen medicis cognitus fuit, sed solummodo morbum ch nicum, melaenam, accuratius descripserunt scripto antiquiores, morbum acutum autem plane neglig neque fere ullo loco de eo mentionem fecert Quamquam *Hippocrates*[3]) melaenam non solum c memorat, sed totum hujus morbi decursum et cu describit; ad morbum acutum tamen tantum u locus[4]) est, ut mihi videtur, referendus. Dicit e mulieri sanguinem vomitione rejicienti, menstr erumpentibus solutionem contingere. Quo loco *H pocrates* secundum meam sententiam non de mo

---

2) Dominicus Panarollus, Lib. II.

3) *Περὶ νόσων*, Lib. II, Sect. V, pag. 45.

4) Hippocrates, aphorism. Lib. V, 32.

igro verba facit, quandoquidem nullo alio loco, ubi ıelaenam commemorat, dicit aegrotum sanguinem ed bilem atram evomuisse.

Medici antiquiores massam in melaena vomitu jectam non sanguinem ipsum sed succum proprium, uem atram bilem nominarunt, habuerunt. Cense-ant enim succum melancholicum, nigricantis colo-s, cujus sedes sit in liene, hominibus inesse atque ıultis in morbis chronicis peccare. Attamen jam *Iippocrates* hunc succum non semper humorem pro-rium fuisse, sed similitudinem sanguinis intellexisse ihi videtur.

Nam in descriptione morbi nigri similitudinem assae ejectae cum sanguine affert et postea „Et ım nigrum quidem, inquit, cruentum vomuerit c.," tum autem alio loco [5]) „bilem atram aut tale ıippiam quod feculenti sanguinis speciem referat etc." ɔd medici posteriores hanc similitudinem sanguinis ɔn cognoverunt et atram bilem semper humorem oprium habuerunt. Quam sententiam admirari non ɔssumus, partim quod cognitio sanguinis circula-ɔnis plane iis defuit, partim quod sectiones iis ra-ɔsime sunt concessae, ex quibus morborum causas gnoscerent. Sed mirandum est plerosque medicos ɛculi superioris, exceptis *Hoffmanno*, *Morgagni*, *ıllero*, *Lieutaud*, in eundem errorem incidisse, od fieri potuit, quum plerisque medicis empiricis gnitio anatomiae accuratior plane deesset. No-

) Aphorism. 23, Lib. IV.

vissimis temporibus omnes medici cognoverunt, m teriam nigram esse sanguinem corruptum.

Sententiae medicorum de sede hujus morbi v riae viguerunt. *Hippocrates* et medici eum seque tes lienem accusarunt, propterea quod censebant, b lis atrae sedem esse in liene; alii censebant, sede hujus morbi esse in hepate. Recentioribus tempo bus *Marcus*[6]) sententiam protulit, Vomitum cr entum semper esse symptoma splenitidis. Cuj sententiam falsam esse satis sectiones docueru ex quibus elucet, non semper idem organum es affectum sed modo lienem, modo hepar, modo vas modo nullum.

Literatura.

Hippocrates, περὶ νόσων Lib. II, Sect. V, p. 45.

Joann. Casim. Hert, diss. de morbo nigro Hippo cratis. Halae 1701.

Kuhn, diss. de morbo nigro Hippocratis. 1702.

Fr. Hoffmann, med. ration. system. Halae 172 Tom. IV, Sect. I, cap. 3.

Ernest. Em. Guttorff, dissert. de vomitu cruent Halae 1729.

Theod. Matth. Gasser, dissert. de morbo nigro Hip pocratis Argentorat. 1761.

6) Entwurf einer speciellen Therapie. Nürnberg 1810. Bd. I pag. 361.

'ob. Jo. Jos. Schoning, de morbo nigro Hippocratis. Groning. 1768.

o. Bapt. Mich. Sagar, Syst. morb. symptom. Vienn. 1776.

T. Tissot de morbo nigro, scirrhis viscerum, cephalaea, inoculatione variolarum et irritabilitate epistola ad perillustr. Zimmermann Auct. et emend. edit. Lausann. 1770.

J. d'Apples, de morbo nigro in Act. Helvet. Basil. 1777, Tom VIII, et

Sammlung auserlesener Abhandlungen pr. Aerzte. Bd. 7. St. 2. S. 273.

all, diss. de melaena. Edinb. 1782.

ıuvages nosolog. method. Amstel. 1786.

'arburg, diss. de haematemesi. 1783.

'. Grant, Beobachtungen über die Natur und die Behandlung der Fieber, aus dem Englischen übersetzt. Leipzig 1791.

Sprengel, Handbuch der Pathologie Th. III. Leipzig 1797.

irard de melaena. Argentorati 1798.

h. Pet. Frank, Epitome V de curand. hom. morb. § 613 etc.

ırtal, Mémoires sur la nature et le traitement de plusieurs maladies, 2 Vol. Paris 1800, et

Sammlung auserlesener Abhandl. für prakt. Aerzte. Bd. 8 und Bd. 19.

ırcus, Entwurf einer speciellen Therapie. 1810.

ıarin, animadvers. pract. in divers. morb. Vienn. 1814.

Thilenius, medicinische und chirurgische Bemerkungen Th. II, S. 388.

Lentin, Beiträge zur ausübenden Arzneiwissenschaft Supplementb. S. 175.

J. Chr. Reil, über die Erkenntniss und Kur der Fieber. Halle 1826. Bd. III, p. 135.

J. W. H. Conradi, Handbuch der speciellen Pathologie und Therapie. Marb. 1828. Th. II, p. 66

F. A. G. Berndt, Fieberlehre Bd. I, p. 453. Leipzig 1830.

G. A. Richter, specielle Therapie T. III, p. 142. 1829

Raimann, specielle Pathologie und Therapie T. II, 1839.

J. L. Schönlein, allgemeine und specielle Pathologie und Therapie. St. Gallen 1839. T. II, p. 79.

Morbi descriptio.

Haud incommodum mihi esse videtur, si in descriptione morbum acutum et chronicum separatim tractem, ne symptomata hujus et illius status confundantur.

Morbum acutum fere semper prodromi antecedunt, quamquam rarissimis in casibus deficere possunt [7]), qui prodromi modo per longius modo per brevius tempus aegrotum cruciant. Quod ante vo-

---

7) Pet. Frank, Epitome Tom. V, § 613. Tissot de morbo nigro etc. pag. 45—46.

aitum ipsum semper major sanguinis congestio ad entriculum et ad partes systematis venae portarum uperiores, ad lienem et hepar adest, prodromi tam aro deficiunt, plerumque hi sunt:

Aegrotus dolorem modo in cardia, modo in ypochondrio sinistro aut dextro, modo simul in his artibus, pungentem aut tensivum aut prementem :que ardorem in regione ventriculi sentit, quibus ıxietas praecordiorum, quae saepius gradum vehe-entissimum assequitur, sese conjungit. Tum do-›res cardialgici et colici praecipue in viris hae-orrhoidibus anomalis laborantibus; appetitus est utatus, interdum plane deficit, interdum bulimia, terdum rerum alienarum appetentia adest, quod ·aecipue in feminis, quibus menses irregulares sunt, epius invenitur. Salivatio quoque, gustus inju-ındus etiam dulcis, ut ante haemoptysin esse solet, ıctus maxime acidi atque ardor stomachi, nausea vomitus ipse humoris acidi oriuntur. Alvum aegro-s irregularem ducit, fere semper obstructio in-›mpleta adest. Facies est pallida, deminuta vis dendi, palpitatio cordis, respiratio difficilis, ver-;o et lipothymia ipsa intrat; pulsus sunt parvi, biles, interdum intermittentes. Si sudores locales umpunt, anxietate valde adaucta, impetus imminet. ıi prodromi interdum per aliquot horas interdum ures per dies et hebdomades haemorrhagiam ante-dentes paulatim augentur, donec haemorrhagia ipsa :rat et vomitu sanguis ejicitur. Quos inter pro-omos aegrotis ad valetudinem bonam restituendam

remedia irritantia, etiam emetica vel drastica a medicis porriguntur, quae tamen semper haemorrhagiam accelerant et periculum augent[8]. Quos prodromos praegressos non semper vomitus cruentus sequitur, sed sanguis in ventriculo accumulatus mortem subitam provocare potest[9]. Sanguis evacuatus modo merus, modo bile vel pituita, vel aliis ventriculi contentis commixtus, fluidus aut coagulatus etiam partim fluidus, partim coagulatus, colore laete rubro aut fusco, aut nigro est. Copia sanguinis valde discrepat, raro exigua saepius magna ad libras nonnullas etiam duodecim et quindecim paroxysmis sese cito insecutis plures medici observarunt, ut *Whytt*[10], *Portal*[11], *P. Frank*[12], *Henke*[13] et alii. Vix autem credibile est, quod *Panarollus*[14] narrat, Hispanum quotidie libram sanguinis optima valetudine per alvum ejecisse, ita ut ultra mille libras sanguinis sine ullo detrimento amiserit. Si sanguis longius per tempus ante evacuationem in ventriculo versatur, interdum fit, ut fibrina ejus sese conjungat ad massam carnosam, quam medici saepius polypos, vermes aut partes ventriculi ipsius

---

8) P. Frank, l. c.

9) P. Frank, l. c.

10) Sämmtliche zur prakt. Arzneik. gehör. Schriften, aus dem Engl. übers. Leipzig 1771, p. 390.

11) Portal, l. c.

12) P. Frank, l. c.

13) Handbuch der speciell. Pathologie. Berlin 1800. Bd. II, p. 163.

14) Panarollus, Lib. II, obs. 46.

habuerunt. *P. Frank*[15]) narrat medicum celeberrimum hanc massam tunicam ventriculi nerveam habuisse. *Sagar*[16]) „vomunt quandoque hi miseri „fibras carneas sanguini immixtas, prout oculus „docet.“ Si sanguis post secretionem statim ejicitur, fluidus et lacte ruber in lucem prodit, si autem coagulatus et niger evacuatur, diutius in ventriculo commoratus est.

Post insultum aegrotus (excepta debilitate, quae majore copia sanguinis ejecta tanta est ut animi leliquia oriantur et si redeat animus, statim reiteentur) interdum levamen sentit. Facies autem palida, oculi languent, pulsus debiles, parvi, valde uppressi sunt, caput manusque sudore frigido obecti. Debilitas multo major est quam pro sanguinis jecti copia, neque in ulla alia haemorrhagia post opiam sanguinis missi interdum valde exiguam tanta ivenitur. Primo insultu autem morbus raro est nitus sed post aliquot horarum spatium aut jam itius anxietas oritur, aegroti ipsi interdum sentiunt anguinem in ventriculo accumulari, et alii prodromi eiterantur, quos novus vomitus cruenti impetus seuitur. Quod enim omnis in cavum abdominis sanuis effusus non uno impetu ejicitur, et inter voendum et postea sanguis secernitur, fere semper aroxysmus post aliquot tempus reiteratur. Simul im effusione sanguinis in ventriculum saepe etiam

---

15) P. Frank, l. c.

16) Sagar Syst. morb. symptomat. Viennae 1776, p. 290.

in intestinum tenue sanguis effunditur, aut per pylorum ex ventriculo in intestinum transit, quamobrem fere semper per alvum aut tardius aut citius, plerumque postridie, post vomitum sanguis ejicitur, qui non colore rubro sed nigro, pici similis atque durus est.

Exitus morbi est triplex, aut in sanitatem, aut in morbos secundarios, aut in mortem. Ut jam supra dixi, mors sine vomitu intrare potest, si cavum ventriculi sanguine est expletum. Sed etiam post vomitum aeger moritur, si paroxysmis saepe reiteratis tanta sanguinis copia est ejecta, ut ad vitam continuandam non satis sanguinis remaneret; quem exitum malum morbus noster plerumque non habet. Sanitatem aeger interdum, sed rarius, integram adipiscitur, remanente tamen functione systematis vasorum et vitae reproductivae imminuta. Saepius morbi cachectici, ut tabes, hydrops sequuntur, interdum paulatim in melaenam transit vomitus cruentus. Si morbus in sanitatem transit, symptomata, postquam aeger satis evomuit, cruciantia deminuuntur, anxietas et dolores vehementes desunt et excepta debilitate aegrotus bene se habet, quare somnus quietus intrat, ex quo post horas nonnullas recreatus expergiscitur, sed debilitas per longum tempus remanet. Post vomitum cruentum semper per longius tempus residuae manent dyspepsiae variae, alvus inordinata, quae sensim pedetentimque evanescunt. Etiamsi aegrotus valetudinem bonam recuperat tamen dispositio ad hunc morbum magna semper remanet.

Interdum paroxysmi typici fiunt, qui, nisi magna copia evacuatur, per longum tempus sine ullo detrimento perdurare possunt.

Ab hoc decursu morbi acuti morbus chronicus, melaena, quem nunc describere tentabo, declinat.

Quum melaena fere semper ex aliis organorum itiis oriatur, totus aegroti habitus est proprius et rodromi longum per tempus ante vomitum cruenum sese manifestant, interdum plures per annos egrotum cruciant. In morbum nigrum semper hoines aetate provectiores, plerumque inter annum uadragesimum atque quinquagesimum incidunt. Aeroti colore faciei icterico aut pallido paulatim emaescunt, debiliores causis non manifestis fiunt, laeiones digestionis variae oriuntur, praecipue aegri atibus urgentur et intumescentia abdominis, succi astrici omnes naturam peracidam praeferunt, itaque uctus humoris acidi, ardor ventriculi, dolor preiens in praecordiis, dolores colici spatiis temporis iterjectis, interdum tantum tormina circa umbilicum, aepe contractiones vehementes. Alvus est tarda et ieces colore alienatae. Aegrotus jejunus in ventriulo sensum valde injucundum habet, si autem cibis uitur nausea, cardialgia atque colica oritur, morotas atque tristitia, summum laborum atque voluptaim taedium et similia symptomata afficiunt aegrotum, a ut vita ei molesta reddatur.

Paulatim omnia symptomata exacerbantur, anietus augetur, interdum in animi deliquia transiens, olores in praecordiis crescunt, pulsus parvi debi-

lesque, vix tangibiles sunt et nascitur palpitatio cordis, nausea, vomituritio, et vomitus tandem ipse massae nigrae, foetidae, tenacis. Simul etiam per alvum similis materia ejicitur. Copia est nunc exigua, alio tempore magna. Quocum paroxysmo saepius cardialgia aut colica tanta vehementia sese conjungit, ut lipothymiam provocet. Nisi animi deliquia oriuntur aegroti tamen, hac materia evacuata semper pallescunt atque summam corporis imbecillitatem sentiunt; sed alia symptomata vexantia post vomitum plerumque evanescunt, ut anxietas et dolores etc. In casibus felicissimis sed rarissimis morbus uno hoc impetu est finitus et aegrotus salutem paulatim recuperat. Plerumque post longius tempus prodromi iidem reiterantur et novum paroxysmum provocant. Qui decursus plures per annos perdurare solet, tum autem aegrotus tam debilitatus in hydropem insanabilem incidit.

Alium decursum [17]) morbus cum febre conjunctus, quem statum febrem atrabilariam dicere solemus, habet.

Prodromi sunt iidem, qui in morbo febre experte, quoad febris aut paulatim procreatur aut causis occasionalibus provocata subito intrat. Faciei habitus est peculiaris, vultus est torvus atque languidus; faciei luridus malarum autem lividus color, simul summa imbecillitas et morositas apparent; situs supi-

---

17) F. A. G. Berndt, Fieberlehre T. I. p. 458. Leipz. 1830.

nus, passivus; querelas minimas facit aegrotus, sed saepius anxietate ex abdomine tumefacto atque dolorifico orta vexatur. Interdum animi deliquia palpitatio cordis, praesertim autem singultus valde crucians, tenesmus perdurans quo fere nihil alvo evacuatur. Initio mentis suae compos est, sed postea sopor, ex quo plerumque facile expergefieri potest. Desiderium ciborum plane deficit, saepius ne sitim quidem habet, crebri ructus, nausea atque vomituritiones, pulsus sunt molles, valde frequentes, intermittentes, parvi ac contracti. Temperatura modo ardens, modo sudores locales, extremitates in casibus malignis frigidae.

Haec inter symptomata materia nigra supra descripta partim per os, partim per alvum, quod saepius fit, evacuatur. Tales evacuationes saepius oriuntur, ita ut summam imbecillitatem atque animi deliquia provocent. Febris in casibus mitioribus ut lenta decurrit, etiam typum intermittentem manifestat.

In sanitatem morbus tantum sensim pedetentimque transire potest, si materiae effusae reiteratis evacuationibus remotae sunt. Tum intumescentia abdominis atque anxietas deminuuntur, pulsus magis pleni, regulares atque tardiores fiunt, cutis sudore critico obtecta, urina magis limpida; desiderium ciborum oritur, somnus quietus et alvi normales. Saepius autem aegrotus in morbum recidit.

Morbus, qui plerumque sequitur est hydrops, ortus ex summa totius organismi laesione.

Mortem praesertim materiae corruptae in intestino retentae afferunt, quae materiae febrem nervosam atque putridam provocant, quas mors sequitur.

Sectio cadaverum.

Sectiones hominum vomitu cruento defunctorum plerumque degenerationes organorum abdominalium graves demonstrarunt, interdum autem morbos nihil reperiri potuit. Degenerationes, quae aderant, praecipue hae sunt: Saepissime lienis atque hepatis mutationes nobis occurrunt, quae organa plerumque conditionem contrariam praebuerunt; si enim lien erat tumefactus atque mollis, hepar durum et parvum et vice versa apparuit. Praeter haec organa praecipue vasa abdominalia vitia offerunt, sed etiam pancreas et glandulae meseraicae degeneratae inveniuntur. Lienem instar coagulatae sanguinis massae absque ulla substantiae soliditate fuisse, testatur *F. Plater* [18]). *Theoph. Bonettus* [19]) reperit lienem summa parte carcinomate exesum, intra et extra nigricantem. Alio in casu a *Fr. Hoffmann* [20]) observato lien erat parvus fere cartilagineus, ita ut cultro vix discindi possit. Idem *Hoffmann* [21]) lie-

18) Fel. Plater, Observat. Lib. II, p. 469.

19) Theoph. Bonettus, medicin. septentrional. Lib. III, Sect. 5, cap. 4.

20) Fr. Hoffmann, medic. rat. syst. Tom. IV, Sect. I, cap. 3. obs. 2.

21) Hoffmann, l. c. obs. 3.

nem naturali duplo majorem, adeo mollem ut ipsius substantia digito pressa mox dehisceret et sanguis foetidus, obscure nigricans quaquaversum difflueret, vidit. *Portal*[22]), cui saepius occasio sectionum instituendarum occurrebat, plerumque hepar morbosum reperit, semel hepar suppuratione dissolutum. Etiam *Morgagni*[23]) et *Hoffmann* hepar degeneratum fuisse .estantur. *Riolanus*[24]) reperit vas breve digiti instar extensum et in ventriculo apertum. Quod *Realdus Columbus*[25]) quoque testatur, qui venam e liene prodeuntem supra modum tumefactam nec non ex eadem sanguinem in ventriculum ejectum se invenisse affirmat.

Idem confirmat *Wedelius*[26]), qui vas breve etiam valde tumefactum atque apertum vidit. *P. Frank*[27]) vidit venas meseraicas valde tumefactas, ta ut non minus crassae quam intestinum tenue essent. *Guavenorius*[28]) quoque testatur, se venas nesenterii adeo dilatatas, ut speciem intestinorum potius quam venarum prae se ferrent, invenisse. Alii arterias dilatatas viderunt ita ut arteria coronaia ventriculi, minimus arteriae caeliacae ramus,

---

22) Samml. auserles. Abhandlung. für prakt. Aerzte. Lib. 8, St. 1, p. 20.

23) Morgagni, de sedibus et causis morb. Tom. II, p. 109.

24) Riolanus, Antropol. Lib. II, fol. 114, cap. 17.

25) R. Columbus, Rerum anatomicarum Lib. XV, p. 492.

26) Wedelius, physiologia reformata.

27) P. Frank, l. c.

28) Guavenorius consult. 5, § 4.

distentior duobus alteris ramis esset. Si aegrotus inter impetum vomitus cruenti acuti mortuus est, semper mira sanguinis inanitas totius systematis venae portarum apparet, si autem morbo chronico est defunctus, vasa et ventriculus intestinum sanguine corrupto, foetido erant repleta. Saepe in membranis ventriculi et intestini maculae nigrae, ex quibus compressis materia nigra provenit, reperiuntur. Saepe degenerationes nullae, ut jam supra memoravi, occurrunt. *Pet. Frank*[29]) duos casus affert, in quorum altero solummodo tunicam mucosam aliquantulum rubram, in altero vasa quasi injecta invenit.

Diagnosis.

Quamquam vomitus cruenti diagnosis, si decursus morbi medico haud ignotus est, facile potest institui, saepius tamen errores obiiciuntur propterea, quod neque aeger, neque circumstantes de symptomatis praegressis medicum certiorem reddere possunt, nisi medicus summa cum prudentia symptomata perscrutatur. Maximi momenti in diagnosi conformanda sunt prodromi morbi peculiares, tum haemorrhagia ipsa, sanguinis qualitas atque quomodo sanguis evacuatur; neque ratio pulsuum est negligenda, quum nulla alia in haemorrhagia pulsus tales, quales in vomitu cruento inveniantur. Denique

29) P. Frank, l. c.

ebilitas post vomitum remanens, secundum copiam anguinis ejecti multo major, non est praetermittenda.

Quibus momentis plerumque diagnosis est faienda, sed interdum casus occurrunt, in quibus voitus cruentus cum alio morbo, praecipue cum haeioptysi commutari potest, quum huic vomituritio omitusque saepius sit conjunctus; interdum quoque iter sanguinem vomendum accidit, ut sanguinis pars ı laryngem perveniat et tum tussis orta sanguinem jiciat; raris in casibus hi duo morbi in eodem indiiduo eodem tempore adsunt, ut *Pet. Frank* [30]) afrmat, quare diagnosis difficilis redditur.

Momenta respicienda haec sunt:

1) Prodromi haemoptysis atque haematemesis valde differunt; haemoptysin plerumque titillatio in larynge, sensus doloris in pectore, saepe gustus subdulcis, sensus caloris in pectore ascendentis; vomitum cruentum autem illi supra memorati praecipue ex functione abdominis laesa orti antecedunt.

2) Aegrotus haemoptysi laborans plerumque habitum phthisicum praebet, quem aegroti haematemesi laborantes habere non solent.

3) In vomitu cruento sanguis plerumque est coagulatus, niger atque contentis ventriculi commixtus, in haemoptysi autem sanguis merus, spumans, ruber, liquidus.

---

30) P. Frank, l. c.

4) Ex aegroto inquirendum est, sanguis num vomit
an tussi ejiciatur.

Tum autem vomitus cruentus spurius non ve
rus est habendus, saepius enim fit, ut in epista
aut haemorrhagia oris sanguis deglutiatur, aut infar
tes lac colore rubro tinctum ex mammis nutrientiu
sugant et postea vomendo ejiciant. Quo in ca
prodromi deficientes, pulsus normales neque debi
tas sequens diagnosin confirmant.

Denique cavere debemus, ne homines morbu
simulaturi, qui sanguinem devorarent et postea v
mitu reddunt, nos fallant, sed symptomata vomitu
cruenti peculiaria supra memorata facile de diagnos
nos certiores reddent.

Aetiologia.

Vomitus cruentus congestione sanguinis ad re
gionem epigastricam, praecipue ad ventriculum ve
duodenum procreatur. Quae congestio cum sangui
nis accumulatione in systemate venae portarum, quar
plethoram abdominalem vocamus, conjuncta esse so
let, cujus degeneratio vomitui cruento ansam prae
bet. Quare vomitus cruentus cum morbis plethor
abdominali provocatis in connexu arctissimo est. I
plethora abdominali vena portorum sanguine nimi
impleta est, unde circulatio sanguinis in abdomin
retardatur atque singulis in partibus sanguis rever
haeret. Sanguis haerens non solum organismo in

ıtilis, sed si diutius stagnat etiam noxius fit, quare ıatura ipsa eum ex organismo removere studet. Via anguinem removendi naturae maxime apta est inestinum rectum, quam haemorrhagiam, si hac via anguis superfluus ejicitur, haemorrhoides vocamus. Si sanguis longius in vasis haeret mixtionem ejus nutari facile intelligi potest, praecipue carbogenio bundat, et liquiditas deminuitur, ita ut in vasis in ıateriam nigram syrupo similem, tenacem mutetur, uae organismum male afficere debet. Praecipue in uas partes organismo haec materia corrupta detriıentum affert, partim enim systema gangliorum seuelas obnoxias sentit, ita ut status hypochondriacus rocreetur, partim autem digestio vario modo laediır, dum et succi ad digestionem perficiendam seernendi mutantur, ita ut aciditas in iis praevaleat t bilis materiis peculiaribus careat.

Ex qua digestione laesa reproductio totius oranismi alternatur, quare habitus huic morbo prorius procreatur; tum autem sanguinis congestio ad nnicam tractus alimentarii mucosam adaucta adest, ua non solum motus peristaltici deminuuntur, sed tiam indoles ad inflammationes hujus tunicae proocandas oritur. Sed haec non omnia congestionis ıcommoda sunt; si enim congestio longius perdurat ngulae sanguinis partes vasis capillaribus secernunır. Initio quidem solummodo serum, postea lymıa plastica, quae infarctos constituit. Saepe morıs ad gradum majorem non progreditur, si autem ongestio chronica augetur materia ipsa, ut in vasis

haeret, in cavum intestini effunditur et morbus niger est conformatus. Plerumque congestio usque ad summum hunc gradum non crescit, nisi aliae causae adjuvant; quae causae praecipue in degenerationibus aliorum organorum sunt investigandae. Quum enim circulatio sanguinis in systemate venae portarum est impedita, novo sanguinis impetu non solum vasa, in quibus sanguis haeret, varicosa redduntur, sed etiam in majoribus abdominis organis, praecipue in liene atque hepate, congestio perdurans provocatur, qua congestione paulatim irritatio horum organorum oritur, quam inflammatio chronica sequitur et indurationem et alias substantiae degenerationes constituit. Vitia organica autem circulationem in vena portarum tam difficilem reddunt, ut aut hic aut illic stagnationes sanguinis nasci debeant, quibus congestio ad ventriculum aut intestinum ita augetur, ut secretio sanguinis sequatur. Non omnibus in casibus haec lienis vel hepatis vitia sequelae sanguinis stagnantis in vena portarum habenda sunt, nam aliis ex causis ut febre intermittente, refrigerio etc. inflammatio horum organorum oriri potest et degenerationes causae sanguinis stagnantis fiunt. Qua in congestione habituali ibi sanguis secernitur, ubi congestio aut minora impedimenta reperit, aut ubi vehementior erat.

Plerumque sanguis non parvo uno in loco, sed majore in parte tunicae mucosae, ideoque non solum in ventriculo, sed etiam in intestino tenui secernitur, quod partim ex materia sanguinea, quae alvo ejici-

ur partim sectionibus cadaverum elucet; attamen in-
erdum etiam sanguis una vena dirupta in cavum
entriculi effunditur, sed hac de re postea dicetur.

Interdum accidit, ut sanguinis in vena portarum
aerentis secretioni majora impedimenta obstent,
uare sanguis corruptus organismum male afficit,
rganismus tum reagens febrem constituit, quae ma-
erias mobiles et ad secretionem aptas reddere studet.
uem morbum febrem atrabilariam vocamus, quae
eculiari decursu ab aliis febribus differt. Febris
trabilaria autem non semper est naturae intentio ad
aterias removendas, sed plures casus distinguendi
unt [31]):

a) febris est intentio naturae habenda, ut congestio passiva resolvatur et excretio materiae peccantis perficiatur.

b) Reactio sanguinis haerentis in digestionem atque affectus gangliorum febrem lentam constituunt, quam symptomaticam habere debemus.

c) Febris intermittens ex degenerationibus organorum oritur, quae postea in febrem lentam transit.

d) Plerumque aegrotus statu atrabilari laborans, febre, aliis causis orta, afficitur, quae constitutione aegroti modificatur.

Mihi videtur febrem atrabilariam et melaenam
ndem esse morbum et solummode eo differre,
uod in melaena reactio totius organismi deest. Nam
febre atrabilaria vomitum cruentum esse rariorem

---

31) Berndt, l. c. p. 456.

et sanguinem plerumque per alvum ejici, nullius est momenti, et tantum ex loco tunicae mucosae, ubi sanguis secernitur pendet, sed causa proxima est eadem. Materiam in utroque morbo sanguinem esse cognoscimus, si acidum sulphuricum huic materiae nigrae addimus, quum extemplo color niger evanescat et color laete ruber sanguini proprius nascatur.

Quamquam in melaena semper congestio chronica ad ventriculum atque intestinum tenue adest, in vomitu tamen cruento acuto hoc non necesse est, sed singulis causis subito provocata ita crescere potest, ut non solum sanguinis secretio fiat, sed etiam parietes vasorum dirumpantur. Vitia organica igitur in vomitu cruento acuto rarius reperimus, quod congestio diuturna deest.

Vomitus cruentus acutus interdum non est morbus sui generis, sed potius symptoma aliorum morborum e. g. in splenitide et in illis morbis, in quibus sanguis est dissolutus, ut in scorbuto, morbo maculoso *Werlhofii*, febre flava, febre putrida.

Causae disponentes.

Vomitus cruentus ex constitutione aegroti atque singulis causis excitantibus plerumque provocatur, et vix credibile est aëris influxum hunc morbum procreare posse, attamen exempla non desunt, e quibus elucet morbum fuisse epidemicum, exemplum

ıffert *Fr. Hoffmann* [32]), qui epidemiam praecipue ılebejos viros ac feminas afficientem Martisburgi ıbservavit. Idem affirmat *Richter* [33]). Non est duıitandum, quin observatio vera sit, praesertim si in ıemoriam revocamus, alias quoque haemorrhagias, t *Stark* de Metrorrhagia narrat, fuisse epidemicas.

Dispositio hujus morbi interdum est congenita lerumque autem acquisita. Alia momenta dispoentia sunt:

Constitutio, quam atrabilariam dicere solemus, raecipue in illis hominibus, qui sunt temperamento holerico, habitu gracili laxo, colore cutis icterico, uorum viscera abdominalia languent etc. Quum aec constitutio semper constitutionis venosae degeeratio sit, primum aetate media oritur, itaque hoıines plerumque inter annum quadragesimum atque uinquagesimum morbo nostro afficiuntur. Attamen xempla non desunt, quae docent individua ab aetate nerrima usque ad senes morbo hoc fuisse affectos. ı junioribus hoc morbo affectis constitutio atrabiria non adest, sed hi corpora graciliora et teneora habent atque sensibilioris mobiliorisque sunt ıimi; ejusmodi enim corpora vasa gerunt subtiliora teneriora, unde distensionem et rupturam facilius que hinc sanguinis effusionem admittunt. Infantes cens nati inter partum interdum tam violenter actantur ut vomitus cruentus sequatur; sed etiam

32) Fr. Hoffmann, l. c. p. 70.

33) Richter, chirurg. Bibl. Vol. XII, p. 196.

tali causa non praegressa hoc morbo afficiuntur, quod *Riesenbeck*[34]) confirmat, qui infantem quinque dierum vomitu cruento laborantem vidit. Tum quoque in infantibus tempore dentitionis *Reil*[35]) vomitum cruentum saepius observavit. Etiam infantes plures annos nati vomitu cruento laborarunt, saepissime autem puellae tempore menstruationis ingredientis, si fluxus mensium non est regularis, hoc morbo corripiuntur; sed etiam in juvenibus et in virginibus anomaliis fluxus haemorrhoidalis vel menstrualis ortis, vomitus cruentus saepe provocatur. Vomitus aetate senili quoque perdurare potest ut *Reil*[36]) affirmat, qui feminam quotannis usque ad vitae annum nonagesimum sextum sanguinem vomuisse narrat.

Quod ad sexum pertinet in infantibus, neque pueris neque puellis est dispositio major, tempore pubertatis autem virgines propter menstruationem irregularem saepius afficiuntur, quo tempore in juvenibus morbus est rarus. Aetate media plerumque viri in vomitum cruentum incidunt, propterea quod virorum ratione vivendi dispositio hujus morbi procreatur. Omnia, quae plethoram abdominalem provocant aut ei favent, simul dispositionem hujus morbi augent, ut vita sedentaria, praecipue usus potuum spirituosorum frequens, hi enim irritamento ad tunicam mucosam tractus alimentarii sanguinis congestio

34) Schmuckers verm. Schriften, 1, p. 347.

35) Reil, Fieberlehre Bd. III, p. 137.

36) l. c. p. 139.

em constituunt diuturnam. Tum debilitas atque axitas vasorum abdominis provocat dispositionem, elut in arthritide atonica, hysteria etc. Dein graiditas quoque vomitum cruentum procreare potest t duplici quidem modo, partim enim vomitus cruntus oritur primis graviditatis mensibus, tum semer in feminis, quibus antea menses erant largiores. n his feminis, quum sanguis superfluus, cessantibus iensibus utero excerni non possit, foetus autem arvulus superfluo non egeat, plethora nascitur, ua facile haemorrhagia ex alio organo provocatur; uod autem organum hanc excretionem quodammodo icariam perficiat, ex dispositione individui pendet; aepe autem est ventriculus, in quem sanguis effunitur. Partim autem vomitus cruentus in feminis irca finem graviditatis intrat. Hic alia causa adesse ebet, quum foetus ad nutritionem suam omnibus, uae superflua a matre producuntur, utatur. In hoc asu vasa venae portarum inferiora ab utero gravido a premuntur, ut circulatio sanguinis regularis impeiatur et vasa superiora sanguine magis impleantur, uare congestio vehemens in ventriculum atque hear atque lienem procreatur. Quae congestio saeius tanta fit, ut causa occasionali exigua sanguinis xcretio in ventriculum sequatur.

Maximi momenti sunt anomaliae fluxus haemorioidalis atque menstrualis, quibus plethora major emper et haemorrhagia vicaria saepissime nascitur. Quod organum autem hanc excretionem efficiat, ex idividualitate pendet, si autem connexum nervorum

totius abdominis in memoriam revocamus, elucet alium nullum organum quam ventriculum tantam haemorrhagiae dispositionem praebere. Experientia quoque docet, has anomalias esse causas vomitus cruenti frequentissimas; exempla talia in praxi medica permulta occurrunt, ut testantur *Joann. Rhodius*[37]), *Timaeus von Gülden Klee*[38]), *Dodonaeus*[39]), *J. Langius*[40]), *Schenkius*[41]), *Boerhaave*[42]), *P. Frank*[43]) et multi alii. Egometipse quoque in tribus puellis menstruatione suppressa vomitum cruentum oriri observavi. Quibus vasis his in casibus sanguis ad ventriculum deductus effundatur conjicere possumus, si perpendimus splenem praecipue his in aegrotis esse affectum, qui sanguinem accumulatum per vasa brevia in ventriculum ut ejiciat, cogitur. Eandem sententiam probant *Lieutaud*[44]) et *P. Frank*[45]).

Denique praetermittere non possumus, morbis praegressis summam vomitus cruenti dispositionem provocari. Omnes morbi, qui circulationem sanguinis in vena portarum difficilem reddunt, et stagnationem sanguinis diuturnam procreant, hic afferre debemus. Praecipue autem sunt physconiae lienis atque

---

37) Cent. 2, obs. 64.
38) Cas. med. Lib. IV, c. 14.
39) Med. obs. cap. 26.
40) Lib. I, ep. 40.
41) Med. obs. Lib. IV.
42) Praelect. acad. Vol. VI, p. 70.
43) l. c. § 613.
44) Lieutaud, hist. anat. Lib. I, obs. 48.
45) P. Frank, l. c. pag. 208.

epatis accusandae, sicut omnia alia horum organo-
um vitia organica, sed etiam morbi pancreatis et
landularum mesenterii influxum impedientem exer-
ent. Neque febres intermittentes praegressae, quae
grotum per longum tempus cruciarunt, sunt ne-
igendae, quod tum semper degenerationes lienis
el hepatis oriuntur. Vitia organica in vomitu cru-
nto chronico tanti sunt momenti, ut vix aegrotus,
ui hae deficiant, inveniatur.

Ventriculi quoque vitia organica ut scirrhus,
cus etc., atque aneurysmata vel arteriae coeliacae,
uod diruptum sanguinem in ventriculum, vel aor-
e descendentis, quod sanguinem in oesophagum
fundit, praetermittere non possumus.

Denique autem vomitus cruentus, si aegrotum
m cruciavit, semper summam reiterationis disposi-
onem relinquit.

Causae occasionales.

Causae, partim in ventriculum incitamentum
cale exserentes, partim autem totum vasorum sy-
ema excitantes, eo minores esse possunt, quo ma-
r hujus morbi dispositio erat. Causae ventriculum
sum ita incitantes, ut vomitus cruentus sequatur,
nes res acutae atque acuminatae sunt, quae inter
endum sunt devoratae, exempli gratia ossa [46]),

---

16) P. Frank, l. c.

spinae piscium, acus, vitrum[47]) non satis dentibu comminutum etc., nec minus quae chemice pariete ventriculi irritant, venena acria ut arsenicum, hy drargyrum mur. corros. etc. His causis remedi quae vomitum vehementem provocant, atque dra stica[48]), neque minus emmenagoga calida[49]) adder debemus. Tum omnes potentiae systema vasoru nimis irritantes, ut intemperantia in usu potuum spi rituosorum, abusus medicamentorum aethereo-oleo sorum etc.; attamen has causas alia haemorrhagia ut haemoptysis, epistaxis etc. sequi solet, nisi dis positio ad nostrum morbum summa aderat. Nullus autor exemplum affert, quod doceat, homines non ex multis annis potui spirituoso deditos, post abusum horum potuum extemplo vomitu cruento acuto esse affectos, sed, si vomitus oriatur, aegroti erant aetate provectiore et plethora abdominali conformata prae diti; attamen saepius videbam plures commilitones meos, postquam copia cerevisiae sic dictae Bavari cae, hic paratae, majori impleti sunt, vomitu cruento acuto esse correptos. Quod, si in uno commilitone vidissem, crediderim forsan vitia organica, aut exi miam sensibilitatem ventriculi ei fuisse, quum autem saepius unus et alter in hunc morbum incide ret, ut aliam causam investigarem, coactus sum. Quem ad finem vires hujus cerevisiae eximias afferre

47) N. act. Nat. cur. Vol. III, obs. 68.

48) P. Frank, l. c.

49) F. Hoffmann, l. c. obs. 6.

lo. Cerevisia haec primum systema vasorum irri-
t, et tum nervorum systema afficit. Si quis majo-
m quantitatem assumat, ille sensus quidem jucun-
is, qui aliis spirituosis provocatur, oritur, sed
ntum breve per tempus remanet et depressioni
nctionis cerebri cedit. Quo tempore, dum exci-
tio systematis vasorum non solum perdurat, sed au-
tur, symptoma hujus cerevisiae peculiare profertur,
pillae enim oculorum hoc in stadio semper fere
n minus dilatantur, quam ex usu Belladonnae.

Ebrius sentit depressionem omnium animi vi-
im peculiarem, longe aliam, quam post alia spiri-
osa; tum oritur sopor ex quo expergefieri non
test. Postero die non solum signa ebrietatem se-
entia adsunt, sed depressio functionis cerebri
aedam perdurat. Conferamus effectus hujus cere-
siae cum iis aliorum spirituosorum; perspicuum
t effectos esse alios. Cerevisia in duas partes
ectus fert, partim in systema vasorum, quod valde
citat, partim in systema nervorum praeprimis in
rebrum, quod eodem modo ut alia narcotica afficit.
seriem remediorum narcoticorum perscrutemur,
er haec nonnulla, quae similes habent effectus,
venimus, praecipue belladonnae effectus similes
se videntur; quum autem causae non adsunt,
amobrem cerevisia belladonna credatur corrupta,
a similia remedia in memoriam revocare debemus,
quibus praeprimis Ledum palustre eminet, quod
nedium gustus amari causa fraudatores cerevisiae
dere solent ut lupulo majoris pretii supersedeant.

Si vero cerevisia Ledo palustri est corrupta inde vo-
mitum cruentum oriri posse intelligitur.

Inter alias causas vomitus cruenti occasionale
praesertim animi affectus graviores, memoratu dign
videntur, ut ira [50]) atque vehemens indignatio [51]
moeror nimius etc. Neque minus vomitus cruent
provocari potest intensione corporis nimia [52]) a
vehementi vociferatione [53]), etiam plagis electricis [54]
tum repentina temperaturae vicissitudine vomitu
cruentum esse ortum *Stark* [55]) testatur, qui homine
Julio mense saepius vomitu cruento, frigore intens
aestum ingentem sequuto, quo vasa corporis sangui
fera expansa subito constringebantur, affectos se ob
servasse affirmat. Etiam *Manteau de Granvillers* [56]
feminam, quae quum valde fervida atque defatigat
multum vini acidi e pomis parati bibisset, subit
cruorem evomeret, se vidisse tradit. Saepissim
vomitus cruentus spasmis in abdomine provocatur
qui spasmi non solum sanguinem ex inferioribus
venae portarum vasis ad superiora premunt, sed
etiam in nonnullis vasis motum antiperistalticum con-

---

50) Pelargus, medicin. Jahrgänge, I, 1, p. 223.

51) Fr. Hoffmann, l. c. obs. 1.

52) Riverius, Cent. 1, obs. 15.

53) Ephem. nat. cur. Dec. III, Ann. 1, obs. 136.

54) Percival, Essays 2, p. 181.

55) Handb. zur Erkenntniss und Heilung innerer Krankheiten. Jena 1810. Th. II, p. 384.

56) Tissot, pars VI, p. 134.

ituunt, quem motum antiperistalticum concedere de-
emus, si vasa brevia in ventriculi aperta reperimus.

Spasmos vomitum cruentum procreare posse
ocet exemplum notabile a *Tissot*[57]) narratum, qui
fantes post quemque torminum ventris paroxysmum
nguinem vomentes vidit.

Quum spasmi morbum procreare possint, omnes
s, ex quibus hi spasmi nascuntur, causae vomitus
uenti sunt accusandae, tales sunt praeprimis ver-
es[58]), etiam hirudines deglutitae[59]), bilis in ven-
culo acris, arthritidis anomaliae, exanthemata re-
opulsa, subito suppressus fluxus haemorrhoidalis
l menstrualis, *Tissot*[60]) affert exemplum feminae,
ıae, itinere facto, ex suppressione mensium postri-
e in vomitum cruentum inciderit.

Deniqne adnotandae sunt laesiones mechanicae
vulnera[61]) ventriculi, contusiones[62]), commotio-
s, ictus[63]) etc.

---

57) Tissot, Nervenkrankheiten III, p. 28.

58) Stoll, rat. med. IV, p. 116, et Ephem. nat. cur. Dec. 2, Ann. I, obs. 7.

59) Galenus, de loc. affect. L. IV, cap. 5, et Riverius obs. med. Cent. IV, obs. 26.

60) Tissot, l. c. p. 142.

61) Scultetus obs. 8.

62) Platerus in praxi, p. 726.

63) Samml. auserles. Abhandl. f. prakt. Aerzte 213, 2. St. 725.

Causa proxima.

Ex iis quae supra dixi, perspicuum mihi esse videtur, characterem vomitus cruenti non semper esse eundem, sed has differentias esse constituendas:

1) Sanguinis impetu activo vasa sanguifera dilatata vel sanguinem secernunt, vel dirumpuntur. Hunc vomitum ex plethora atque adaucta vasorum activitate orientem activum, seu sthenicum seu congestivum seu inflammatorium; vomitum contra vi nervorum anomala in vasa capillaria originem ducentem spasticum vocare solemus.

2) Parietes vasorum atonia vel paralysi relaxati sanguinem secernunt; tum constituitur vomitus cruentus passivus seu atonicus.

3) Si sanguis dissolutus parietes vasorum penetrat, vomitum cruentum cachecticum nominamus.

4) Si ex vitiis organicis haemorrhagia oritur, organica appellatur.

De fonte sanguinis.

Priusquam exponam e quibus vasis sanguinis profusio fiat, quomodo haec profusio perficiatur mihi exponendum esse videtur.

1) Veteres imprimis vasorum lumina dilatari aut ex majori sanguinis impetu, aut ex vasorum debilitate, relaxatione aut paralysi censebant. Quam sanguinis profusionem per anostomosin nominare solebant.

2) Diapedesin appellabant sanguinis secretio-
em per vasorum parietes.

3) Diaeresin, ubi continuitas vasorum causis
echanicis externis laeditur.

4) Rhexin, ubi vasa nimio sanguinis impetu
mpuntur.

5) Diabrosin, ubi materiae acres parietes vaso-
m destruunt.

Quod sanguinis profusionem per anastomosin
tinet, haec in haematemesi saltem omnino repu-
anda mihi videtur, quum hucusque illa vasorum
mina nondum reperta sint. Quae opinio, de lu-
inibus, priore tempore pervulgata, nunc a non-
llis solummodo in uteri parietibus conceditur; san-
inem vero menstruatione effusum non ex vasorum
minibus profluere, eo praecipue mihi demonstrari
sse videtur, quod hic sanguis non ejusdem est
alitatis, cujus est in vasis corporis ceteris, sed
ulto minorem fibrinae habet quantitatem.

Diapedesi sanguinem crebrius in ventriculum
rvenire, cadaverum sectio demonstrat, quum sac-
us in hominibus vomitu cruento mortuis nullam
sorum laesionem discernere possimus, sed potius
ajorem sanguinis impletionem omnium ventriculi
sorum capillarium. Diapedesis est duplex:

a) Activa adest congestio, in qua sanguis poros
extensorum parietum vasorum penetrat; quo
modo sanguis secernitur in vomitu cruento cum
aliis haemorrhagiis alternante, praesertim quum

pro tempore exigua sanguinis quantitas eva-
cuatur.

b) Sanguinis adest mala ac diluta qualitas, quo in
casu semper debilitas ac vasorum laxitas appa-
ret, cui casui vomitus cruentus in scorbuto,
morbo maculoso *Werlhofii*, febre putrida, febre
flava adnumerandus est.

Diaeresis occurrit in vulneribus atque ossis de-
glutitis, et aliis rebus acribus.

Ruptura vasorum accusanda est, si subito mul-
tum evacuatur sanguinis, praesertim quum est fluidus
atque colore rubro. Item interdum ruptura in me-
laena adest, quod partim ex evacuatae materiae
qualitate, quum haec tam crassa ac tenax sit, ut a
parietibus secerni vix possit, partim ex cadaverum
sectione, in qua vasa, e quibus sanguis niger pro-
fluxit, saepius aperta sunt, concludi potest. Denique
ruptura vasorum revera adest, si aneurysma diruptum
sanguinem in ventriculum effudit.

Diabrosin invenimus in ulceribus ventriculi, in
viris acribus etc.

Num vero sanguis ex venosis aut arteriosis
vasis evacuetur non omnes consentiunt. *Portal* 64)
et *Reil* contendunt sanguinem esse arteriosum, quod
inter arteriarum injectiones materia injecta haud dif-
ficile in ventriculi cavum transduci potuit, quod
inter venarum injectiones nunquam contingebat.

---

64) Mem. P. II, p. 115.

fuzel, *Stuckeley*[65]), *Sprengel*[66]) sanguinem e venis
enire censebant, quod inter sectiones cadaverum
on solum splenem scirrhosum ac deminutum, ita
t sanguis inde in ventriculum deprimi posset, sed
tiam venas coronarias ventriculi atque venam lie-
alem expansas varicosasque inveniebant. *Haase*[67])
nguinem modo arteriosum modo venosum esse con-
ndit. Arteriosum enim reddi, quum aegrotus sub-
o, prodromis longius per tempus non antegressis,
omitu cruento corripiatur, aut splenitidis aut hepa-
idis signa adsint, aut quum vomitus cruentus flu-
ii haemorrhoidali aut menstruali vicarius oriatur,
uibus in casibus intervallum inter causam excitan-
ntem et sanguinis evacuationem tam exiguum est,
varices evadere possint nullae. Venosum autem
se quo diutius abdominis vitia praeprimis lienis
que hepatis antecesserint, ubi febre atque sympto-
atis inflammationis deficientibus morbus oriatur, aut
duratione horum organorum sanguinis circulatio in
na portarum impediatur, quare venae expandun-
r ac tandem rumpuntur.

Secundum meam sententiam non solum dijudi-
ndum est, num sanguis e vasis arteriosis an ve-
sis, sed inquirendum quoque est, num ex vasis
pillaribus, quae neque vasis arteriosis neque ve-

---

65) Sprengel, Handb. der Pathologie, Th. III, (1810) p. 22.

66) l. c.

67) Erkenntniss und Kur der chronischen Krankheiten, Bd. 1, p. 394.

nosis adnumeranda sunt, interdum profluat. Ceterum sententia ab *Haase* prolata veritati maxime congruere mihi videtur. Sententia, quam *Portal* ac *Reil* protulerunt, sanguinem semper arteriosam habere qualitatem, nititur praecipue vasorum luminibus hucusque nondum repertis. Ceterum cadaverum sectiones quoque, in quibus venas reperimus apertas eorum sententiam falsam esse satis demonstrant. Sanguinem interdum arteriosum esse elucet, quum in vomitu cruento vehementi sanguis eundem habeat colorem laete rubrum atque arteriosus. Tandem aneurysmate dirupto sanguis effusus arteriosae est qualitatis, sicut et si, mechanicis laesionibus factis, magnae sanguinis profusiones sequuntur, sanguis effusus ex parte saltem arteriosus est habendus.

Venosus autem sanguis profusus semper in melaena habendus est, quum sanguis depravatus, qui in ventriculi cavum effunditur, non nisi in vena portarum inveniatur, nunquam vero arteria talem sanguinem habeat inclusum. Si mutationes pathologicas, quas in hoc morbo exhibent sectiones cadaverum, praeprimis venas in ventriculo apertas in memoriam revocamus, negari non potest, hanc sanguinis profusionem semper e venis oriri.

Quod postremo ad tertium secretionis modum, ex vasis capillaribus nempe, adtinet, hic mihi creberrimus videtur. Si enim structuram eorum anatomicam consideramus, haec vasa magis ad secretionem globulorum sanguinis apta videntur, quam cetera, quum vasorum capillarium parietes tam sint tener-

imi, ut per longum tempus de eorum existentia du-
ıitatum sit.

Praeterea in aliis quoque morbis sanguinis emissiones ex hoc vasorum systemate animadvertimus, erbi gratia in petechiis, quae sunt sanguis dilutus x vasis capillaribus in parenchyma organorum efısus. Quamobrem revera sanguinis effusiones, quae ı scorbuto, febre putrida etc. apparent tales haendae sunt.

Divisio morbi.

Jam ex vetustissimis temporibus vomitus cruıtus in morbum acutum atque chronicum est divisus, ıae divisio mihi quoque partim propter alium deırsum, partim propter prognosin atque curam aliam axime apta esse videtur. In nullo scriptore, expto *Sagare* [68]), differentias alias hujus morbi inıni, et quas *Sagar* facit, plerumque ex singulis usis, medicinae practicae non magni momenti esse dentur, tum autem differentiae innumerae essent ıtuendae. Secundum meam sententiam hae vomis cruenti differentiae sunt constituendae.

I. Secundum momenta causalia interna.

a) activus.

α. congestivus inflammatorius.

β. spasticus.

68) Sagar, systema morb. sympt. p. 289.

b) passivus.

c) cachecticus.

d) mechanicus atque organicus.

II. Secundum originem.

a) idiopathicus.

b) symptomaticus.

c) criticus.

d) vicarius.

III. Secundum gradum.

a) stillicidium.

b) errhysis.

c) haemorrhagia praeceps.

IV. Secundum fontem sanguinis.

a) ex arteriis.

b) ex venis.

c) ex vasis capillaribus.

V. Secundum rationem paroxysmorum singulorum.

a) typicus.

b) atypicus.

VI. Secundum decursum.

a) acutus.

b) chronicus.

VII. Secundum complicationes.

a) simplex.

b) complicatus.

In Melaena etiam distinguendum est, utrum cum

bre conjuncta sit, necne. Febrem discernere posmus[69]:

a) febrem lentam.

b) febrem intermittentem.

c) febrem acutam.

Prognosis.

Quamquam vomitus cruentus acutus, sicut quaeie alia haemorrhagia vehemens, magnum secum fert riculum, tamen etiam bonum eventum sperare posmus. Pejor est in melaena statuenda prognosis, qua postea plura dicentur.

Praeprimis variatur prognosis secundum caus, quae morbum procreaverunt, secundum aegroti nstitutionem, secundum quantitatem et qualitatem teriae evacuatae. Attamen non praetereundum t, quemque vomitum cruentum reiterationis dispoionem relinquere, sed tam infausta, sicut veteres dici putabant, qui illam fere semper letalem esse cebant, nobis prognosis non videtur. Adnotanm autem est, illos de melaena tantum disseruisse. prognosi constituenda haec igitur sunt respicienda:

1) Quod vomitus cruenti characterem, in haerrhagiis congestivis activis, in universum prognoest fausta, quum plerumque causae, quae morm subito excitant, maxima ex parte tolli possint.

---

9) Berndt, l. c. p. 457.

Interdum autem fit, ut congestione vehementissima ruptura vasorum oriatur, quare haemorrhagia praeceps et subita in mortem abire potest.

Spasticus vomitus cruentus plerumque etiam exitum bonum sperare sinit, sed saepius alii morbi nervorum procedunt, qui mortem non raro adducunt.

In utroque vomitu vero animadvertendum est, eos summam ad revocandum insultum iteratum perficere proclivitatem, et his saepius reiteratis in melaenam transire posse, tum autem magna sanguinis profusione morbos secundarios et, ut jam supra memoravi, mortem adduci posse.

b) Passivus vomitus cruentus infaustam reddit prognosin, quum rarissime varices ex diuturna congestione ortae, aliaeque morbosae mutationes reddantur normales. Plerumque in melaenam transit et morbos secundarios provocat.

c) Vomitus cruentus cachecticus semper infaustus habendus est, quum semper alius morbi progressi symptoma sit.

d) Vomitui cruento ex causis mechanicis atque organicis orto prognosis mala est ponenda, quod causae excitantes fere nunquam removeri possunt.

2) Quod ad quantitatem evacuatae massae adtinet, tanta sanguinis copia uno paroxysmo evacuari potest, ut ad vitam continuandum necessarius sanguinis stimulus desit, et subita mors succedat, aut, si non tanta quantitas evacuatur, ut ille exitus extemplo appareat, saepius status hydropicus, qui semper mortem adducit, subsequitur. Si quantitas minor

t, neque insultus reiterantur, ita ut organismo
tis ad vitam continuandam sanguinis remaneat,
rognosis statuenda est melior aegrotusque plerum-
ıe sanatur, sed proclivitas aegroti in eundem mor-
ım incidendi semper relinquitur. Interdum vero in
ıctu alimentario majorem profusi sanguinis quanti-
tem invenimus accumulatam, qui ibi relictus che-
ico processui subigitur, quo febris putrida ac mors
ducitur.

Si in qualitatem respicimus, meliorem eventum
erare licet, si sanguis effusus recens ac merus
t, quam si massa sanguinis nigra, pici similis
'unditur. Quum inde cognoscatur, sanguinem jam
ıtius ex circulatione remotum esse, ac vitia orga-
:a adesse. Quae materiae depravatae non solum
ıicam mucosam tractus alimentarii, ut aliae mate-
ıe acris irritant, sed etiam in nervorum papillas
n peculiarem quasi paralyticam exercebunt. Qua
affectione saepius inflammatio proficiscitur, quae
que ad gangraenam, cujus inevitabilis sors est
eritus, progreditur.

3) Quod aegroti dispositionem, vomitus cruen-
; individuis constitutione bona praeditis, si orga-
:a vitia desunt, exiguum affert periculum, nisi
ıta profunditur quantitas, ut morbi secundarii aut
ors inde oriantur, aut nisi causae excitantes vomi-
; simul aliam vim exercent nocentem. Infaustior
ıdit prognosis si vitia organica vomitum provoca-
re, de qua re infra dicam. Secundum experien-

tiam vomitus cruentus aetate provectioribus periculosior cernitur, quam junioribus, imo in neonatis vel annos nonnullos natis hoc malum non tantum periculum procreat, quam in individuis annorum quadraginta vel quinquaginta, quum ibi plerumque ex organicis vitiis exoriatur malum. In adolescentibus quoque prognosis bona est. In viris magis vitae minatur, ut experientia docet, vomitus cruentus, quam in feminis.

4) Praecipue prognosis ex ratione causarum excitantium pendet. Si causae, quae nullam in organismum aliam vim exercent, sed solummodo directe in ventriculum agunt, et quae jam vomitu ipso removeri possunt, verb. gr. bilis acris, emetica vehementiora etc. adfuerunt nullum in morbo est periculum. Si venena acriora vomitus cruenti causae sunt, prognosis haud infausta pronuntianda est, nisi venenum alio modo organismum infestavit. Si causae extrinsecus in ventriculum agentes, quales sunt contusiones, vulnera etc., haematemesin provocant, infaustissima redditur prognosis, quia hoc modo facile multa ac majora vasa sanguifera laeduntur, quare fit, ut permagna profundatur sanguinis copia, et nisi natura ipsa auxilium affert, aegrotus subito virium confectione oppressus moriatur. — Optima prognosis habenda est in vomitu cruento ex anomaliis fluxus haemorrhoidalis vel ex suppressione mensium orto, quum plerumque haematemesis evanescat consuetis sanguinis evacuationibus restitutis.

ıam prognosin jam *Hippocrates*[70]) constituit, quum :it „mulieri sanguinem evomenti menstruis erum-ıtibus vomendi fit finis“, atque *Celsus*[71]) „mu-r sanguinem vomens profusis menstruis liberatur.“ :empla, quae hanc sententiam probant permulta istunt, *P. Frank*[72]) plura affert. Hujusmodi ex-plum ipse observavi in aegrota, quae, postquam ıres per annos vomitu cruento ex anomaliis men-m laboravit, gravida facta non solum tempore ıviditatis, sed etiam in posterum, quum menses ;ulares adfuere, sanata est. Qui bonus exitus 'o non semper occurrit, ex. gr. *Pet. Frank*[73]) aegrota narrat, in qua catameniis institutis vomi- cruentus remansit. Tum vero plerumque nul-ı adest periculum, quod evacuationes sanguineae dicae sunt, ita ut aegroti non prosternantur, ex. *Plinius*[74]) de Volusio Saturnio narrat, qui, quum e valetudinis detrimento quotannis sanguinem evo-isset, ad nonaginta annorum aetatem pervenisse itur. Tum *Cardanus*[75]) feminam observavit, quae, ı inde a trigesimo sexto aetatis anno sanguinem meret, nonagesimum sextum annum attigit.

Si vomitus cruentus ex vitiis organicis ortus , semper fit chronicus et prognosis per mala est

---

) Hippocrates, Sect. V, Aphor. XXXII.

) Celsus, Lib. II, cap. 8.

) P. Frank, l. c.

) Frank, l. c.

) Plinii hist. natur. L. XI, cap. 38.

) Tissot, P. VI, p. 144.

nominanda, quum ad illa vitia removenda vires deficiunt.

Vomitus cruentus ipse quidem vitae minus periculum subitum minatur, quam vitia organica, quorum symptoma morbus niger est, quae alii morbi, praeprimis hydrops, sequi solent. Quare plurimis in casibus sententia *Hippocratis* [76]) recta est judicanda „dejectiones omnes nigrae, qualis sanguis niger, sponte prodeuntes, et cum febre et sine febre, pessimae sunt.“ Sed tam bonum eventum, quam *Hippocrates* alio loco [77]) melaenae tribuit, rarissime animadvertimus, quamquam exempla plura occurrunt in quibus vomitus cruentus habendus est criticus, ubi e systemate venae partarum vitioso plus minus sanguinis depravati effunditur, quo aegroti aliis malis liberantur, quod testantur *Galenus* [78]), *Heurnius* [79]), *Bartholinus* [80]), *Reil* [81]) et alii.

Quoad complicationes cum aliis morbis, prognosis semper infausta nominanda est, si una cum vomitu cruento febris adest, quae post vomitum perdurat; quamobrem prognosis in febre atrabilaria plerumque infaustissima apparet. In ceteris morbis cum vomitu cruento complicatis, ut in scorbuto, morbo maculoso *Werlhofii* etc. exitum maxime in-

---

76) Hippocrates, aphorism. 21, Lib. VI.
77) Hippocrates, de morbis Lib. II, Sect. V.
78) Galenus, comment. in aph. 21, Lib. IV.
79) Heurnius, comment. aphor. 22, Lib. IV.
80) Bartholinus, historia 41.
81) Reil, l. c.

icem auguramur, quum ibi vomitus cruentus tum mum erumpat, postquam illi morbi majorem gram capessiverunt.

Vomitus cruentus durante graviditate exortus n magni est momenti, quum, si inter primos graditatis menses apparet, tantum ex sanguine supero procedat et evanescat si foetus sanguine supero eget. Quamobrem ibi vomitus cruentus non pprimendus, quia tum abortus saepissime subquitur. Sub fine graviditatis quoque non periculsus est, quum plerumque tunc minor sit copia. ximi momenti autem et si parturienti supervenit mitus cruentus, quod tum facillime haemorrhagia neceps excitatur, quam subita mors sequi potest.

C u r a.

Vomitus cruenti curam esse difficillimam eo paret, quod organum, cujus est remedia porrecta cipere, ita affectum est, ut remedia ibi applicari rumque non possint. Ex vario morbi decursu, ex variis causis excitantibus et vomitus cruenti ıti et melaenae concludi licet, utrumque morbum n eadem cura sanari posse, sed curas horum morum valde inter se differre. Quamobrem equidem ram utriusque morbi separatim tractabo.

I. *De cura vomitus cruenti acuti.*

Curatio in duas dividitur partes, in curationem

inter impetum vomitus cruenti atque in eam qua extra impetum adhibenda est.

A. Curatio inter impetum.

Primum, sicut in omnium fere morborum curatione, causae, ex quibus vomitus cruentus est ortus, debellandae sunt. Secundum has igitur methodus medendi instituenda est, quae secundum varias causas varia esse debet. Sed raro causas morbi quamvis recte cognitas, removere possumus; sin vero nobis contigerit, ut eas removeamus fere semper morbum ad sanitatem reducimus. Si vomitus cruentus ex materiis acribus ortus est, eos involvere aut diluere studeas, praecipue remediis mucilaginosis, decocto salep, emulsionibus, lacte et aliis. Si acres massae biliosae, cujus praesentia ex polycholiae praesentis symptomatis et ex causis occasionalibus, ut ira, metu etc. facile cognoscitur, vomitum cruentum provocarunt, acidis vegetabilibus bilis acredinem hebetes, et si de diagnosi nullum existit dubium, emeticis mitioribus vomitum ad bilem acrem removendam excites, quum vomitus cruentus, quam diu hoc incrementum remanet, non desinet. Si succus gastricus nimis acidus causa excitans est habendus, acredinis irritamentum remediis sic dictis absorbentibus, ut magnesia carbon. etc. innoxium reddendum est. Si devorata venena acria accusanda sunt, remedia, quae in singula venena habent vim specificam, in usum vocanda sunt. In vomitu cruento inter partum exorto parturiendi actus quam ma-

ne accelerandus est. Hirudine deglutita, solutio tri muriatici adhibenda est. Anomaliae haemoroidum fluxusque menstrualis regulares reddendae nt, sed omnia remedia acria ut sabina, aloë etc. anda sunt, et potius hirudines ad anum et ad labia, nentationes et vapores calidi atque clysmata emolntia applicanda sunt. Si vomitus cruentus alius rbi ut splenitidis, scorbuti aliorumque est sympma, secundum singulos morbos methodus medendi tituenda est. Simili modo in alias causas bene gnitas, quantum quidem in vomitu cruento fieri lest, remedia apta atque convenientia sunt adenda.

2) Insultus curatio quoad characterem haemorgia varia est:

a) Curatio vomitus cruenti activi.

Raro vomitus activus et congestivus est, nam msi initio talis apparet, attamen ob multum sannem amissum in passivum transgreditur. Si in hitu cruento modico pulsus sese manifestant duri pleni, venaesectio [82]) quidem indicata est, par- ad copiam sanguinis deminuendam, partim derionis causa, sed venaesectio modo exigua esse et, quum in hoc vomitu activo fere semper retio impetus timenda sit, cavendumque ne aegro- nimis debilitetur. Saepius hirudines, partim in

---

) Ludwig, de ratione venae sectionis in vomitu cruento laborantib. in adversar. med. pract. Vol. I, p. 1, pag. 169.

regione ventriculi atque ad anum applicandae, cum
successu adhibentur.

Tum quoque sanguinis impetus sinapismis, pe
diluviis tepidis derivandus est. Antiphlogistica in
terna vel adstringentia, quum maximopere irritarent
vomitumque augerent, ventriculo nunquam direct
tradenda sunt, sed potius antiphlogistica clysmatibu
applicanda sunt, praecipue salia media, quum eorum
vi simul pertinax obstructio, quae plerumque ades
tollatur. Per os solummodo aqua frigida et glacie
porrigendae sunt, utriusque vero pro tempore vale
exigua quantitas, quod quaecunque ventriculi im
pletio major vomitum auget.

Crebrius vomitus cruentus apparet spasticus
ibi quoque ob adauctam ventriculi incitabilitatem
raro remedia interna directe ventriculo porrigi licet
attamen si interna remedia adhibenda sunt, antispas
modica sic dicta in usum vocanda sunt. Cum optimo
successu ibi opium [83]) porrectum est, imo a non
nullis medicis unicum remedium ad vomitum cruen
tum sistendum dicitur. Tum autem cum fruct
adhibentur Ext. Hyoscyami, Aq. Lauroceras. Va
leriana, quae remedia omnia in refracta dosi tantum
porrigenda sunt. Commendant quoque infusum di
gital. purpur. [84]) concentrat., cujus dosis autem mi
nima esse debet. Cum his remediis internis simul
externus similium remediorum usus conjungendus est

83) R. A. Vogel, acad. pract. p. 87.

84) Warburg, diss. de haematemesi 1783.

cataplasmata in ventriculum calida, atque fomentiones tepidae ex herbis narcoticis, ut ex conio aculato, hyoscyamo etc., inunctiones unguentorum latilium cum camphora atque opio aut oleorum latilium. Vesicatoriis quoque atque sinapismis, ediluviis calidis, quibus sal vegitabile aut sinapis miscetur, imo balneis totius corporis calidis ab ternis partibus in cutem succos derivare studemus.

b) Vomitus cruenti passivi cura.

Si vomitus cruentus jam initio passivus sese anifestat, aut si vomitus cruentus activus in passiim commutatus est, haemorrhagia plerumque peragna existit. Tum acidum sulphuricum, cui aqua igida usque ad saporem acidulum additur, aut Elix. id. Hall. aut aq. Rabelii, aqua gelida atque glacies, ae in haemorrhagiis vehementissimis remediis admerandae sunt efficacissimis, cum fructu interne hibentur. Quae remedia vero ex causis supra minatis hic quoque in minima dosi dari necesse t. Praecipue etiam balsama naturalia laudentur, ter quae primum locum obtinet oleum Terebinthic ad gutt. X cum ovi vitello atque aqua Cinnaomi attenuatum. Quod remedium imprimis ab *dair*[85]) commendatur et in vomitu cruento valde ogresso, ubi jam summa debilitas, statusque paraticus obveniunt, optimo cum successu adhibitum se dicitur. Laudatur etiam Radix Colombo cum

---

85) Sammlung auserles. Abhandl. P. XVI, p. 133, et Richters chirurg. Bibl. P. XVI, p. 334.

lapidibus cancrorum pulveratis. Deinde alumen [86]), praecipue serum lactis aluminatum etc. In quorum remediorum stypticorum usu maxima utendum est cautione quum eorum vis in organum affectum sit vehementissima, quare fit, ut inde facillime inflammationes indurationesque exoriantur. Saepius hac in curatione frigus quoque externe adhibitum multum valet.

c) Vomitus cruentus symptomaticus ex cachexiis, qui febrem putridam, scorbutum aliosque morbos comitatur, ratione horum singulorum morborum curandus est.

d) Vomitus cruentus ex laesionibus mechanicis secundum regulas chirurgicas tractandus est. Si vitia adsunt organica, talis adhibenda est medendi methodus, qualis in melaena.

Quod ad aegroti regimen adtinet, in quaque vomitus cruenti specie inter paroxysmum aegrotus summa animi corporisque quiete ut fruatur, necesse est. Situs sit horizontalis, tegumentum modice tantum calidum; temperatura valetudinarii sit frigidiuscula. Si aegrotus siti cruciatur exiguus tantum potus sumendus, qui sit frigidus et pro tempore unum cochlear porrigatur. Statui huic morboso maxime potus aciduli conveniunt, ut aqua limonata et alii.

---

86) Med. Prax. p. 565. — Baldinger n. Mag. P. VII, Nr. 2, p. 123.

Inter symptomata, quae curatione egent animi
eliquia praeprimis nominanda sunt. Si haec non
x sanguinis effusione nimia proficiscuntur, interdum
onam ad sanguinis fluxum sistendum vim exercent,
uamobrem non opus est, ut extemplo aegroti ani-
um revocare studeamus. Sin autem ex nimia san-
uinis profusione orta sunt, necesse est, ut celer-
me lipothymiam removeamus, quod illa perdurante,
cillime mors subsequitur, sed omnia remedia nimis
citantia, quum simul systema vasorum ita tur-
ent, ut vomitus cruentus reiteretur, evitanda sunt.
uamobrem animum reducere studeas frictione ex-
emitatum pannis calidis et remediis similibus, et
m demum, frustra his tentatis, ad remedia magis
citantia transgrediendum est. Praeprimis respici-
dus est sanguis, qui forsan in pharynge haeret,
ter lipothymiam ne coaguletur et rimam laryngis
cludat, quapropter semper, si forsan aliquantulum
ius adsit, eum removere debemus. Cujus exem-
um valde egregium narrat *P. Frank* [87]).

Interdum vomitum, qui ab aucta nervorum sen-
ilitate pendet, pulvere aërophor. aut opio sedare
bemus.

B. Curatio extra impetum vomitus cruenti.

In acuto vomitu cruento nunquam fere, ante-
am primus adfuit impetus ejus introitum praesa-
e possumus, quum prodromi ibi ab illis aliorum

7) P. Frank, l. c. § 616.

morborum peculiariter haud discrepent, qua ex causa curatio prophylactica esse potest nulla, praesertim quod causae excitantes plerumque tales sunt, ut insultus eos mox subsequatur. Primo vero impetu feliciter superato partim ejus sequelae curationis evadunt objectum, partim nobis est cavendum, ne impetus reiteratus aegrotum vexet.

Primus igitur medendi scopus esse debet, ut paroxysmus novus praecaveatur, quod eo perficitur, si aegrotum in situ quieto horizontali in lecto remanere jubeamus. Remedia interna eadem adhibeantur, quae in paroxysmo, potus sit frigidus atque acidulus, ex. gr. aq. limonata, acida vegetabilia atque mineralia diluta, lac butyraceum, quorum tamen quantitas semper sit exigua. Maximi momenti vero est internorum externorumque irritamentorum remotio.

Quod ad sequelas adtinct, sanguis in tractu alimentario adhuc accumulatus sub omni conditione evacuandus est, quum ibi relictus morbos gravissimos provocet. Quem ad finem primo die enemata leniter aperientia applicanda sunt, sequenti die autem acetum cum melle per os porrigere, sicut et enemata repetere licet. Posteris diebus jam aliquantum Mannae, vel pulpae Cassiae vel Tamarindorum adhiberi potest. Quae medendi methodus tam diu continuanda est, quam massae sanguineae evacuantur, et donec alvus naturalem recipit conditionem.

Interdum vero sua sponte jam intrat vehemens diarrhoea, quae potu mucilaginoso moderanda, neque

lanc sistenda est. Quibus factis sensim pedeten-
mque contra imbecillitatem removendam agendum
st, quem ad finem aegroto cibi blande nutrientes,
ciles digestu neque consistentes, ut ovi vitellus,
isculum gallinaceum, vel columbinum etc. porri-
enda sunt. Medicus vero caveat, ne contra mor-
um gastricum non multo post sese manifestantem
ehementer agat, itaque emeticorum et remediorum
rasticorum usus vitandus est. In posterum contra
nbecillitatem roborantia, praecipue amara pura et
esolventia ut Taraxacum, Fumaria, Gramen cum
qua aromatica, etiam China apta sunt, praecipue
xt. Chinae frigide paratum. Contra tractus ali-
entarii atoniam ac debilitatem Tinct. Rhei vinosa
ptimo cum successu adhibetur. Tum demum aegro-
s aliis cibis nutrientibus utatur. Omnis vero ab-
ndantia ciborum, sicut et animi affectiones prae-
pue ira etc. item corporis motus vehementiores
ane sunt vitandi. Si anomaliae haemorrhoidum
uxusque menstrualis vomitus cruenti causae fue-
int, hae haemorrhagiae aptis medendi methodis
stituendae sunt, sed remedia interna per longum
mpus sunt rejicienda.

II. *De cura vomitus cruenti chronici.*

Quum melaena decursum valde chronicum fa-
at ejusque prodromi interdum per plures annos
grotum crucient, saepius morbum imminentem di-
noscere et curam prophylacticam instituere pos-
imus. Primam indicationem, cui hoc in stadio

satisfaciendum est, constituunt causae remotae, se-cundum vero degenerationes viscerum jam exortae. Plerumque vivendi ratio, quae circulationem sangui-nis in venae portarum systemate impedit, causam praebet; itaque praeprimis vita ita est mutanda, ut sanguinis circulatio acceleretur, quamobrem aegro-tus quotidie aut ambulando aut equitando aptas cor-poris motiones instituat, diaeta nullo modo ventricu-lum aut intestinum irritet, quare potus spirituosi, aut cibi multis aromatibus conditi, aut indigestionem fa-cile provocantes, ut caro infumata, oleosa etc., nec minus vehementiores animi perturbationes sint vitan-dae, sed cibis, qui facile assimilantur atque sangui-nem diluunt, fruatur. Quare lac, serum lactis, aquae minerales resolventes, aut amara resolventia praescribenda sunt. Omnes hi aegroti obstructione laborant, contra quam ita est agendum, ut aegrotus quotidie bis vel ter alvum ponat. Saepius anomaliae fluxus haemorrhoidalis vel menstrualis accusandae sunt, quae praeprimis regulares sunt reddendae, sed etiam hoc in casu remedia irritantia non sunt porrigenda.

Si autem morbus est conformatus, et sanguis corruptus in ventriculum vel intestinum effunditur, haec effusio non statim est sistenda, quandoquidem ille sanguis corruptus in organismo remanens alia periculosiora symptomata provocabit, quare effluxus quasi criticus est habendus. Itaque remedia adstrin-gentia nunquam adhibere debemus, sed remediis le-niter evacuantibus, ut clysmatibus, uti debemus,

e materiae remanentes alio modo organismum afciant.

Praecipue est agendum contra affectiones spaicas, quae saepissime durante paroxysmo adsunt, ehinc autem vires sunt sustentandae, ne evacuatioonibus valde debilitantibus aegrotus succumbat. i vomitus spasticus adest, inunctiones volatiles cum pio in regione ventriculi instituendae sunt; etiam terne pulv. aerophorum, vel saturationem Kal. caron. cum narcoticis, ut opio, porrigas, quo remeo autem, quod facile obstructionem efficit, tantum, alia remedia nihil valent, utemur; maxime autem oc in statu probata, est aqua Laurocerasi [88]. imul clysmata antispasmodica ex Valeriana vel Asa etida parata effectum remediorum internorum valde djuvant. Ne aegrotus viribus deficientibus inter npetum moriatur, doses minimas Aetheris acetici, ini dulcis, et alia porrigas.

Inter impetum ipsum potu exiguo praecipue ero lactis vel lacte butyraceo aegrotum reficere ossumus.

Post impetum praecipue materiae in intestino ccumulatae remediis, quae leniter alvum ducunt, unt evacuandae. His remotis diaeta parca atque remine, quemadmodum in cura prophylactica, aeque remediis amaris resolventibus aegrotus uti debet, e impetus reiteretur. Denique ad vires recreandas ethodus roborans ut in vomitu cruento acuto est stituenda.

---

88) Thilenius, Bemerk. p. 193.

VITA.

Gryphiae, mense Septembre anni MDCCCXV patre *J. P. F. Eichstedt*, Syndico Universitatis Gryphicae, matre *Henrietta* e gente *Geerds*, quos superstites adhuc veneror, ego *Carolus Ferdinandus Eichstedt* natus sum. Primis literarum elementis in Gymnasio Gryphiswaldensi instructus, ibique testimonium maturitatis nactus auctumno anni MDCCCXXXV me Berolinum contuli, ubi a Rectore t. t. Magnifico Ill. *Steffens* in civium academicorum numerum receptus, apud medicorum ordinis t. t. decanum maxime spectabilem Ill. *Mueller* nomen professus sum. Praelectiones, quibus interfui, hae sunt:

Ill. *Mueller* de Anatomia universali et Organorum Sensus, de Anatomia comparata, de Physiologia humana, nec non de arte cadavera rite dissecandi.

Ill. *Mitscherlich* de chemia atque Physice experimentali, nec non de chemia organica.

Ill. *Schlemm* de Osteologia.

Ill. *Link* de Botanice tam theoretica quam practica.

Ill. *Steffens* de Psychologia et de Physiologia naturali.

Ill. *Weiss* de Mineralogia.

Ill. *Lichtenstein* de Zoologia.

Ill. *Hufeland* de Pathologia generali.

Cel. *Trendelenburg* de Logice.

Anno et dimidio praeterito tentamine philosophico perato almam Gryphiam redii, ibique ab Ill. *Nie-eyer* t. t. Rectore Magnifico civibus academicis ad-iptus, has praelectiones audivi:

Ill. *Berndt* de Therapia generali, de Pathologia et Therapia speciali, de arte obstetricia, nec non interfui eodem duce exercitationibus clinicis medicis et obstetriciis.

Ill. *Schultze* de Anatomia pathologica, arte cadavera rite dissecandi; etiam praelectioni, quam privatissime de Anatomia corporis humani habuit, interfui.

Ill. *Seifert* de Semiotice, Materia medica, atque arte fascias chirurgicas adligandi.

Cel. *Kneip* de Chirurgia, Ophthalmiatrice, Akiurgia, doctrina de ossium fracturis et luxationibus, chirurgicis operationibus in cadavere institutis. In Clinico chirurgico atque ophthalmiatrico eodem duce usus sum.

Omnibus his praeceptoribus summe venerand
optimeque de me meritis, publicum gratiae, quam im
praecordiis foveo, testimonium hoc loco dare me poss
summopere laetor; prae omnibus autem Ill. *Bernd*
qui non solum munus medici auxiliarii in clinico me
dico et obstetricio, quo per novem menses functus sum
mihi tradidit, sed etiam quasi paterno amore me am
plexus est, ad cineres usque, grato animo venerabor.

Tentaminibus tam philosophico, quam medico
nec non examine rigoroso superatis, spero, fore u
dissertatione thesibusque defensis summi in medicin
chirurgia nec non arte obstetricia honores mihi con
cedantur.

THESES DEFENDENDAE.

I.

Dysenteria est morbus exanthematicus.

II.

Post pastum quies magis prodest, quam motus.

III.

Censeo, menstruationem non sanguinis uterini sum aut profluvium, sed uteri secretionem esse.

IV.

Entozoa generatione aequivoca producuntur.

V.

Haematemesis in purpura haemorrhagica pendet techiis ventriculi telae mucosae insidentibus.